


*Biblioth. SELECTI acad. Ingolst.*

TRACTATUS JURIDICI  
DE  
**ACTIS EXTRA-**  
**HENDIS, PERLEGEN-**  
**DIS, REFERENDIS**  
AC  
**TRANSMITTENDIS**  
DIVERSORUM  
CELEBRIUM AUTHORUM,  
ANONYMI, BE SOLDI, GUND-  
LINGI, HEESERI, LANDWEHRII, REN-  
NEMANNI, STYPMANNI, WALDSCHMID-  
TII, WEBERI ET WÜNSCHII,  
*IN USUM COMMUNEM*  
**ACTUARIORUM, ADVOCATORUM,**  
**PROCURATORUM, PROFESSORUM**  
**ET JUDICUM**  
**TAM PRIMÆ QUAM ULTERIORIS INSTANTIÆ,**  
**CONJUNCTIM ET CORRECTIUS EDITI.**

---


*WETZLARIAE,*  
Typis & Impensis NICOLAI LUDOVICI WINCKLERI.  
ANNO MDCC XXX.



## BENEVOLE LECTOR.



Uantæ sit utilitatis, Acta  
ritè perlegendi, nervo-  
sè extrahendi, accura-  
tè referendi, vel cautè  
transmittendi, non indiget latiore  
demonstratione, quod idem esset,  
ac si quis Soli practico evidentissimo  
faculam minùs lucentem addere vel-  
let. Quandoquidem igitur animad-  
versum est, quòd diversi hunc in  
finem collimantes egregii Tractatus  
dispersim editi & desiderati partim



## PRÆFATIO.

rari fuerint, res publico digna habita-  
fuit, eosdem coniunctim secundum  
ordinem Authorum Alphabeticum  
& quidem correctius recudere, Acta  
enim sunt vehiculum ad Sententiam,  
imò Dux & Lux ad Veritatem, ita  
ut Judex ad ea, tanquam Sacerdos  
ad Biblia, sit alligatus, neque ultra  
ea sapere debeat, Sententia verò ex  
iis conformiter formanda, portus est  
communis Litigantium & judicatum  
finis Instantiæ Judicialis. Decem illi  
Tractatus ac Disputationes editi sunt  
à Præclarissimis hodierni & præce-  
dentiis Seculi Jurisconsultis, in rubro  
nominatis, quos Fama & Merita ipsa  
in hoc genere satis collustrant, ne-  
que

## PRÆFATIO.

que opus de cuiusvis Tractatūs Me-  
thodo multa præfari, cùm Materia  
ipsa evoluta Lectori satisfacere que-  
at, hoc tantum cum Monito, quod  
Dn. Heeser, Besoldi hīc adjunctum  
Tractatum de Judiciario Processu,  
& Modo Referendi seu Votandi, sub  
 nomine Dietherri alleget. Qui verò  
Methodum Illustrissimæ Cameræ  
Imperialis exactius scire gestit, evol-  
vat Advocatum & Procuratorem Ca-  
meræ quondam celeberrimum Deck-  
herrum in Monumentis suis Lectio-  
nis Cam. ad Kochium tit. 13. & in-  
primis Perillustr. Dn. Assessorem de  
Ludolff in Commentat. Systemat.  
de Jure Camerali sect. 2. §. 5. num. 4.  
): (3 & nu-

## *PRÆFATIO.*

& nuper defuncti Dn. Assessoris de  
Dresler Specimen Inaugurale de Re-  
cusatione Judicium, cum Supplemen-  
tis, h̄ic recusum Anno 1727. Ut er  
his benignè, & sincera intentioni  
Typographi fave. Wetzlariæ die 6.  
Decembris 1729.

## *SERIES OMNIUM AUTHO- RUM ET TRACTATUUM IN HOC OPERE EXHIBITORUM.*

- I. *A Nonimi* Observatio Juris practica  
de Academiis Germaniæ in trans-  
mittendis Actis cautè excipiendis.
- II. *Besoldi* succinctæ Tractationes de Ju-  
diciario Processu, & Modo Refe-  
rendi seu Votandi, tam in Causis  
Civi-

## *SERIES TRACTATUUM.*

- Civilibus Primæ & Secundæ In-  
stantiæ, quam Criminalibus.
- III. *Gundlingi* Dissertatio Inauguralis Ju-  
ridica de Transmissione Actorum  
in Legibus Imperii permissa ejus-  
que repetitione.
- IV. *Heeseri* Tractatio Juridica Theorico-  
Practica de Actis Judicialibus, cum  
Protocollo, eorumque Editione,  
ad Collegium Juris-Consultorum  
Transmissione, & ex iisdem faci-  
enda Relatione.
- V. *Landwehrii* Tractatio de Relationibus  
Judicialibus hodiernis tam Primæ  
quam Secundæ Instantiæ.
- VI. *Rennemannii* Tractatus de Transmis-  
sione Actorum.
- VII. *Stypmanni* Tractatus de Referenda-  
riis & eorum Officio in legendis  
Actis.
- VIII. *Wald-*

SERIES TRACTATUUM.

- VIII. *Waldschmidtii* Dissertatio de Rationibus Decidendi, Partibus à Judice communicandis vel non communicandis.
- IX. *Weberi* Dissertatio Inauguralis Juridica de Rationibus Decidendi, Partibus & eārum Advocatis non temerè aut non integrè communicandis.
- X. *Wünschii* Tractatio de Actis Judicilibus.



OBSER-

OBSERVATIO JURIS PRACTICA

<sup>DE</sup>  
**ACADEMIIS  
GERMANIÆ IN  
TRANSMITTENDIS  
ACTIS CAUTE  
EXCIPIENDIS,  
IN NOTITIAM LITIGANTUM, ET  
USUM FORENSEM PRACTICANTUM  
COMPILETA,**  
**AUCTORE**  
**D. S. N. H. P.**

(*QUI ILLUD POTISSIMUM EGIT, UT EVINCERET,  
PESSIME SIBI PROSPICERE PARTES LITIGANTES,  
QUE ACTA*

*AD FACULTATES JURIDICAS,  
Lipsiensem, Wittebergensem, Jenensem,  
Hallensem*

*ET QUASDAM ALIAS TRANSMITTUNT.)*

LUGDUNI M DCC XXII.

*DENO RECUSA  
atque ADNOTATIONIBUS quibusdam ILLUSTRATA.*

ULTRAJECTI,  
Sumptibus Adnotatoris. M DCC XXIX.

EPISTOLA DEDICATORIA  
ad DOMINUM  
D. S. N. H. P.  
OBSERVATIONIS HUJUS AUCTOREM.


*Quisquis es, Literis initialibus notate,  
Procul omni dubio VIR PRÆNOBILISSIME,  
AMPLISSIONE, atque IN CAUSIS DICENDIS VERSA-  
TISSIME, JURIS PRACTICE FAMIGERA-  
TISSIME,*

FAUTOR OMNI ADMIRATIONE PROSEQUENDE,

**D**iu multumque hesitavi, an Literis initialibus Celeberrimi Nominis Tui qualescumque has Notulas atque Adnotationes meas consecrare auderem, inprimis quod tali modo TUA TIBI offerre pure meritoque videri possem: Sed vicit tandem gratus animus, atque id ipsum Tibi reddendum dictavit, quod Tibi unice debo, qui mili hac otia fecisti. Quare illud ago, quod olim Etnici fecere, Diis suis immortalibus holocausta ac sacrificia ex eo porissimum creaturarum genere offerentes, quod ab illo ipso Deo, cui sacrificabant, profectum esse, acceperant.

Ut verò de ratione instituti mei constet, negare non sustineo, varia de Opusculo Tuo judicia esse lata, que jam Tecum communicare in annum induxi, ita tamen, ut simul, quā poterit fieri brevitate, in fine ostendam, quomodo omnibus Tuis Adversariis obviam ire nullo conatu possis. Evidem, ut ingenue fatear, totus in ea Sententia fui, meliori cum fructu & tuam Observationem, & quicquid est Adnotationum mearum in lingua vernacula conscribi potuisse; sed cum persuasum habuerim, constitisse Tibi rationem, cur in lingua erudita utcumque scripseris, nolui vel hac in parte voluntati Tua contrariari, quippe qui probe novi, ob certas quasdam rationes nunquam morem introductum iri, ut in Academiis Disputationes habeantur Germanicas; & verendum esse, ne sibilo, aut stercore à plebe excipiatur, si quis tales Observationes compilaverit, quas sensui plebis communī ē diametro repugnare, eadem credit. Cum igitur & Te, Vir Celeberrime, sepiissime in publicum prodire procul dubio officii Tui ratio jubeat, nolui Tibi obesse, adeoque à versione Opusculi Tui abstinentum mibi esse arbitratus sum. Ceterum hinc Notulis meis finem assequar exceptatissimum, atque à me unice quesitum, si iis effecero, ut Tu Tibi, Vir Amplissime, sis tanti, quanti visus es alius, eruditissimi Speciminis Tui candidis estimatoribus; que rororum meorum summa est. Vale. Dab. Ultrajecti Calendis Junii 1722.

L. B. S.



L. B. S.



§. I.  
Transmissio Actorum, quæ à Judice vel ad instantiam Partium, vel ex Officio ad extraneas Facultates Juridicas haud raro institui solet, pro obtinenda impartiali ac solida Justitia commodum vulgo reputatur. (a) Praterquam

(a) Vulgo reputatur. Non tamen est, cur Rationes communis hujus Sententiae ut canis Nilum, hoc est, superficiariè nimis attingamus, nisi in suspicionem velimus incurrire, easdem nos vel latere, vel studio à nobis omitti, & consequenter nos aut non eruditè satis, aut parum candidè agere. Notum verò est vel iis, qui nihil aliud sciunt, in Oppidis, imò Urbibus etiam mediocriter amplis vix quemquam tutò expiere posse, ne periculum incurrat, vel Compatrem suum, vel Affinem (adde Consanguineum) commaculandi. Idcirco Partibus etiam litigantibus verendum est, ne favor erga Agnatum, Cognatum, Affinem, sive hi naturaliter, sive civiliter, sive spiritualiter (si Diis placet) tales fuerint, plus valeat in Judice, quam Lex in Codice; Et tametsi sic satis justus Judex loci videatur, metus tamen Partis cuiusdam potentioris eundem vel obtorto collo à recto Justitiae tramite in transversa facilimè rapit. Adhæc non circa Partes solum, verum & ipsos Causarum Patronos idem extimescendum. Si enim Advocatus Causam peragens ejusmodi nexu Judicem attingat, facile ab ipsius Partibus stabit Victoria: delectabitur Judex eruditis, quæ putat, Scriptis Filii sui, Agnati, Avunculi, Affinis, Corrivalis, quinimò in sinu etiam lætabitur, rem pessimam optimè ab eodem geri. Prouti autem intempestivus Judicis favor, prouti metus ejusdem admodum Partibus metuendus est: ita & odium ejusdem tum erga alteram ex Partibus litigantibus, tum circa Causarum Patronos, similem producit effectum. Quæ cum ita sint, donec homines erunt, donec lubricum istud naturæ nostræ atque affectuum perdurabit; ne-mo, nisi lippus, non videt, constare Partibus litigantibus rationem,

A 2

cur

quam enim, quod sit egregium inscitiae præsidium, & velamentum pro Judice Jus ignorantia, (b) quo simul Litigitorum Rebus recte consulitur; extranei Judices Partium studio plerumque carere, omnesque in Causa Circumstantias ac Momenta penitus inquirere censentur, ut nil deesse videtur, (videtur) de quo Partes deinde possint conqueri. (c) Ast, quam sàpè fallantur in hac sua intentione

cur à Facultatibus Jurisconsultorum extraneis, quam à Judice loci Sententiam ferri malint. Accedit, quod Judicis loci decisio, ubi nulla Appellatio intervenerit (quæ sine magnis impensis fieri nequit) Partibus quidem, sed præterea nemini innotescat: At Jurisconsulti extranei, qui non juxta cum ignarissimis sciunt, Partes sàpissimè unico Responsonon esse contentas, eo diligentius operam navare debent, ne despectui extraneorum sese exponant, quo magis tritum & vulgatum est illud: *Fingulus figulum odit.*

(b) *Ignorante.* Econtrario consuetudo Acta non transmittendi Judici avaro, ambitioso, voluptatibus dedito, atque in affectibus potius suis, quam intellectu Rationes decidendi quærenti, insigniter frigidam suffunderet.

(c) *Possint conqueri.* Benè sese haberet Litigantium conditio, si, modo Jurisconsulti Sedulitatem & Doctrinam in pronunciando testati fuerint, nihil omnino adesset, de quo Partes possent conqueri. Sed verò dantur & fraudes Judicium, quarum duo Specimina ad §. seq. lit. e. circa fin. allegabo; datur & imperitia eorum, quæ Partibus sàpissimè fit sumptuosa. Quodsi enim v. gr. Judex, Ordinis Processualis ignarus, tumultuariè & confusè litem tractet, omnia Partium Scripta promiscue Actis addat, postmodum Acta, ut jacent, ad Facultatem Juridicam mittendi Consilium ineat, ei Augiæ stabulum purgandum demandatur; quis vitio verterit Jurisconsultis, si responderint: *Daz vor allen Dingen der vorige Proces zu cassieren/ und denen Partheyen ein ordentlicher Modus procedendi &c. vorzuschreiben sey.* Partibus certè Sententia talis Interlocutoria non grata erit, utpote Definitivam expectantibus: interim à Jurisconsultorum dexteritate nihil poterit desiderari, omnino autem Judicis accusari in imperitia. Idem dicendum de Responso in Processu Inquisitorio: *Daz vor allen Dingen der Grund der Inquisition, und woher dieselbe ihren Anfang genommen/ denen Actis hinzufügen/ und ergehet hernach ferner &c.*

(d) *Dan-*

tione Colligantes, ipsa testatur experientia. Dantur enim in Germania Universitates, (d) quarum Professoribus nil minus curæ cordique est, quam ut extraneis miseris Litigantibus justam accuratamque administrent Justitiam, quin potius nonnulli fugitivo tantum oculo Acta perlustrant, verò ne quidem ipsi manum operi admoveant, sed Relationem Actorum suis Scholaribus, vel Studio-sis, qui apud eos Collegium Practicum fortasse audiunt, ad exercitium committant; Et tamen in Actis remissis gloriari (*gloriari*) non erubescant: *Nachdem wir die Acta mit Fleiß durchgelesen/ und collegialiter wohl erwogen.* Hinc etiam evenit, ut Rationes decidendi, (e) quæ juxta Sententiam in Actis remittuntur, nonnunquam adeò jejunas, insufficientes, ac impertinentes reprehendas,

(d) *Dantur enim in Germania Universitates.* At verò, quænam? in quo angulo aut peristerotrophio sitæ sunt Universitates, quarum Professores Acta Discipulis suis tradunt? Res hæc facti est, sed hoc non gratis creditur, nisi probetur. Quodsi autem vel maximè negarem (idque ex parte testis oculatus) facere illud Jurisconsultos Lipsienses, Wittebergenses, Jenenses, Hallenses: noster nihilominus clamitaret: dantur in Germania tales Universitates. Majori cum fiducia dici potuisset: dantur in Orbe Terrarum, aut saltem in Europa Universitates &c. Relinquamus igitur hanc querelam Domino Auctori: Cæterum persuasum habeamus, *jejuna aut potius ebria ejusmodi suspiria generalia esse, à quibusvis, rerum vel maximè imperitis, in modo ipsis etiam vetulis, vultu ad tristitiam composito, emitte solita, quibus voculæ istæ: nonnulli, interdum, nonnunquam, subinde adjiciuntur.*

(e) *Rationes decidendi.* Haec tenus Auctor negligentiam Jurisconsultorum in perlustrandis Actis accusavit: jam aliud vitium in Rationibus decidendi non benè elaboratis querit, sed cum iterum adjiciat vocabulum: *nonnunquam*, modo suppeditata responsio huc quoque quadraret. Ne tamen & hoc monitum Auctoris sicco pede prætereamus, in primis cum infra §. 5. in fin. JCtos Ingolstadienses in specie hujus vitii reos faciat, duo tantum monebo: (i.) Sàpissimè à JCtis postulari dubitandi & decidendi Rationes in causis sensui communis immediatè obviis, de quibus dubitare velle, delirii esset signum. Interim JCti necessario Responso suo inferere debent Rationes dubitandi: Unde, quæso, illæ petendæ sunt?

A 3

Si

hendas, ut ferè dubitare incipias, utrum Acta ad extraneos doctos in Actis denominatos verè transmissa fuerint, nec ne. Cavillatio sanè hæc non est, sed ipsa veritas, quam, proh dolor! Praxis Forensis sæpè comprobat oculatissime. Neque minus hac in re testim habeo locupletissimum Gottfried Warleffium Freiburgensem in Helvetia *de abbrevianda Lite, & reformanda Jurisprudentia* pag. m. 85. ita sribentem: Es ist nicht allemal gar zu wohl mit Verschickung der *Acten* beschaffen/ dann man bekommt zum öfttern statt der *Rationum decidendi* eine Hand voll *Locos communes, Brocardica, und Probabilitaten/ und dann erweiset einer der Advocaten, daß das Urtheil denen Rechten und Acten nicht gemäß gesprochen/ macht neue Instantien, und fänget den Streit wieder an/ wo er ihn gelassen hat.* Cui similiter adstipulari videtur Auctor in Rebus Forensibus non minus versatissimus, quam circa abusus praticos tollendos dexterimus des Königl. Gross-Brittannischen und Churfürstl. Braunschweig-Lüneburgischen neuen *Justiz Reglements sub dato London d. 20. Decemb. 1718. §. 14.*

pag.

Si Ancillam interroges, ex Responso ejus colliges, istas non posse non *jejunas, steriles, insufficientes atque impertinentes evadere.* Ad Rationes verò decidendi quod attinet, iterum in solis disco est positum, ibi *Brocardica vulgaria atque Argumenta sensui communi immediate obvia & sufficere, & in medium proferri debere.* Ne verò gratis supposuisse videar, impertinenter satis à JCtis talia postulari, conf. Thomasii *Juristische Händel part. 1. raf. 7. pag. 155. & seq.* Sed (2.) quoque tenendum, omnes omnino & dubitandi & decidendi Rationes, utut exquisitissimæ fuerint, nulli prorsus usui, abusui maximo inservire. Cur enim, quæso, Advocati Rationes istas sibi expetunt? nisi ut leterandi, appellandi, uno verbo, litem protrahendi vastus aperiatur campus, quod vel colligere licet ex ipsis *Warleffii* verbis, quæ allegat Auctor, si curatius cadem pensitaveris. Possem adhuc (3.) loco addere, non satis constare, quasnam Rationes Auctor jejunas vocet? num fortè, in quibus deficit larga Legum & Doctorum allegatio? Neque esset de nihilo id ipsum urgere, cum fortè non omnes uno eodemque gustu cum ipso sint prædicti: sed hoc transeo.

(f) Gar

pag. m. 43. in verbis: Die Erfahrung auch gibt / wie bey denen Juristen-Facultäten und Schöppen-Stühlen gar oft die Sachen nicht recht erwogen (f) werden; prout & hac ipsa de causa Potentissimus Rex Magnæ Britanniæ, & Elector in suis Judiciis Hanoveranis Transmissiones Actorum per dictam illam Constitutionem citato loco abrogare voluit: So wollen wir / und befehlen hiermit unsern Canzleyen / und Hof- Gerichten / daß sie hinfür gar keine *Acta* mehr *ex Officio* auf Universitäten / oder an

(f) Gar offe die Sachen u. Auctor hic Autoritate Regia pugnat, Constitutionem Publicam secum facientem allegans, quæ disertis verbis dicit, sapè Merita Causæ, aut etiam dicendi Argumenta non satis ponderari à Facultatibus Juridicis æque, ac Scabinorum Collegiis. Jam nos constrictos tenet, cervicem petit; imò petit quidem, sed ne genu, ne suram, ne calcem quidem attingit. Verum enim verò *supra lit. a.* ostensum à nobis est, meliorem spem de JCtis extraneis, quam Judicibus loci *ut plurimum* Partes concipere debere: nusquam autem defendimus, JCtos dono infallibilitatis præditos esse; neque ullam haec tenus novi Facultatem Juridicam, quæ illud sibi afferuerit. Quodsi igitur quæras, an errare etiam JCtorum Collegia possint? illi, quos

*Ædificare Casas, Plotello adjungere Mures,  
Ludere par, impar, equitare in Arundine longa.*

delectat, tibi respondebunt: Errare humanum est, adeoque Facultatibus Juridicis id cum Judicibus erit commune; Paucis: quæstio hic aliter quam comparativè formari nequit, aliàs enim Status Controversæ palpabili prorsus modo inamutatur. Ex dictis conclusionis instar fluit: si Collegia Judicum sint satis numerosa atque Assessorum dexteritate conspicua, nihil obstare, quo minus Princeps aliquis Collegiis ejusmodi injungat, ut ipsa ferant Sententias, atque huc spectant verba *Constitutionis Hannoverana in fine §. 1. ab Auctore allegata.* Ex quibus tamen male infert Auctor, ANGLIÆ REGEM Responsa à Facultatibus Jurisconsultorum petenda planè abrogare voluisse, cum id tantum velit Constitution, ne Collegia ista *ex Officio* Acta transmittant: Ergò nihilominus id rectè fit ad Partium instantium. Loquitur autem porrò Rex de *Cancellaris & Judicis Aulicis*, non de *Magistratibus Oppidanis*, non de *Sculpturis* in Pago eorumque Assessoribus, non de *Justitiariis* hisque similibus. Jam, Domine Auctor,

an Schöppen & Stühle verschicken / sondern selber urtheilen sollen.

§. 2. Accedit , quod in multis Academiis Professores non tam veræ Jurisprudentiæ , ejusque communibus principiis (a) retinendis , sed potissimum studio novitatis iis abrogandis & reformatiis , incumbent , sibi gloriam (gloriæ) ducentes , si Jus Commune , & vulgares Aequitatis ac Justitiæ Opiniones , tanquam inutiles Traditiones explodere , & in earum locum sua ratiocinias substituere possint , (b) quodemum fit , ut Jus Commune incertissimum reddatur .

Auctor , assent para , & accipe auream Fabulam petiram ex Phædrus lib. 1. fab. 24.

*In prato quodam rana confinxit bovem,  
Et tacta invidia tanta magnitudinis,  
Rugosam inflavit pellem: tum natos suos  
Interrogavit, an bove esset latior?  
Illi negarunt: Rursum intendit cutem:  
Majore nisu, & simili quæsivit modo,  
Quis major esset; illi dixerunt, bovem.  
Novissime indignata, dum vult validius  
Inflare sece, rupto jacuit corpore.*

*Quid rideas? mutato nomine de Te  
Fabula narratur!!*

Tu verò , Lector Benevole , ut mentem penitus assequaris meam , confer quæsio , quæ noster profert §. 8. Illud autem non opus est moneri , ne simile ultra suum tertium , quod est magnitudo Physica & Moralis , extendas.

(a) Communibus Principiis. Sed quænam sunt Communia Juris Principia ? Certè integra ingentia Volumina testantur , non deficere Sententias communes contra communes , quibus aliquot plaustra onerari possent.

(b) Substituere possint. Qui unicum tantum Annum in Academia consumpsit , eum latere non poterit , aliter Jurisconsultos in Cathedra , aliter pro Tribunalis sentire. In Scholis examinant omnino Leges Civiles secundum Regulas sancæ Philosophiæ ; neque enim Jus Civile solum , verum & Naturæ explicant. Addunt interdum , provenire hanc vel illam

reddatur , & nemo , etiam in causa justissima , sibi certam spem Victorię ab Academiis semper polliceri queat , sed Sententia triumphantes fint instar dubiæ Martis aleæ & ollæ fortunæ , alæ wann einer in den Glücks & Topf greiffet. (c) Imò in Judiciis haud insolitum est , ut extranei Judices Reum modò condemnent , modò absolvant , prout opinionum varietate inter se fluctuant & discrepant. (d) Et , qualis casus ante paucos Annos contigit , cum in Causa quadam Criminali Reum ab una Academia purè absolu-

tum ,

illam Sanctionem ex erroreis Principiis , imò etiam media suppeditant , quomodo medela afferri malo , atque alia Lex substitui à Legislatore possit. Tandem verò concludant : loqui se de *Jure constitudo* , utope qui persuasum habent , non interesse solum Auditores , strepitum forensis unicè secuturos , aut arti rabulisticae datus operam : verum & tales , qui summis in Republica Officiis admoti , Principi suo aut Patriæ Confilia , Legislatoria etiam , daturi sint. Cæterum quando in Facultate Juridica locum occupant suum , optimè norunt , non jam ex se queri : utrum hæc vel illa Lex sit æqua , prudens , Analogia Juris conformis ; sed an omnino adsit Constitutio , & quadretne ad factum , de quo controvertitur ? Hæc de Jure Civili in genere , de Jure Romano & Canonico , aptior ad §. 4. dicendi occasio erit.

(c) Greiffet. Duas Expressiones Latinas adhibet Auctor , tertiam Germanicam , ut disertè satis mentem suam explicet ; Tribus verbis se extricare potuisset hoc modo : Sententias triumphantes esse instar sani alicujus ratiocinii in hac Observatione Juris Practica.

(d) Discrepant. An verò Magistratus ac Judices domestici perinde ac septuaginta Interpretes inter se conspirant ? Aut negas illud ; aut , audacter satis , affirmas : si hoc , cogita , quæsio , istos homines eruditio nem suam ab Academiis & Jurisconsultis petere : si negativa placet ; videbis eandem Magistratum quam Facultatum esse conditionem , cum hac saltem notabili differentia , quod , ubi Academia prima non ex Voto responderit , ad secundam , tertiam , plures Acta possint transmitti. At , inquis , ita cumulantur Sumptus ; etiam , sed nec Judicis loci decisio sine Impensis corrigi potest. Atque ita sponte sua corruit fucus ille Pharisaico - Oratorius , de Peccatis in Cœlum clamantibus , & quæ alia sunt ejusdem furfuris.

tum, ab altera verò ad Fustigationem condemnatum esse, probè meminerim. (e) Interim hoc ipso dura & misera Partium conditio efficitur, dum de earum corio hic luditur, hoc est, Argento suo frustrà emunguntur, nam carè emitur in Foro Litium Experimentum, quam caritatem Actorum Transmissiones, utpotè plerumque sumtuosæ, in primis adaugent, magis adhuc verò habent Partes, cur Impensas in Transmissiones Actorum factas doleant, si ipsæ inopia laborantes sumtus istos undiquaque corrogatos in  
Judi-

(e) Probè meminerim. Credo illud Auctori, qui certo certius confido, tribuisse illud benevolam naturam *Memoria ejus*, quod aliis animi facultatibus denegavit. Jam verò probè se meminisse afferit, aliud Collegium JCtorum simpliciter absolvisse Reum; aliud Poenam Fustigationis eidem dictasse. Mallem tamen, tribus tantum verbis indicasset περὶ τοῦ φύσεως Academiæ vel absolventis, vel condemnantis, ut constaret, cuiusnam æquior fuerit Sententia, & nonne ipse Judex loci huic dissensiui ansam suppeditaverit; cum verò de hoc altum sit silentium, de occultis non judicat Ecclesia. Potuisse verò Auctor majoris dissensus Specimen referre, de quo nemo dubitassem. Nimirum Thomasius in *Disputat.* quædam casum refert, quo aliquem Homicidii reum prima Facultas Juridica simpliciter absolvit, secunda Capitis damnavit, tertia Torturæ impunendum censuit &c. Sed verò omnis istius perturbationis fundamentum erat, quod Judex primam Sententiam absolvitoriam Actis non adjecerat, ne, Processu statim finito, Sportulæ cessarent. Inscriptur etiam ideo allegata *Disputat. de Judice Sententiam in Causa Criminali latum ab Actis removente.* Et hæc procul omni dubio est ratio, cur Auctor eascum hunc non allegaverit. Ne verò quis existimet, rarissimè illud à Judice committi, similem casum referire poterit apud eundem part. i. *Juristischer Händel* casu 19. pag. 207. & seq. Adebat præterea adhuc alia Judicium fraudis, qua nimirum Actis Judicialibus Schedulas quasdam & Relationes proprio motu conscriptas adjiciunt, iisque vel Reum magis suspectum reddere, vel excusare allaborant, improbat hunc morem, modumque eludendi Judicis Machinationes ostendit Thomasius citat. part. i. *Juristischer Händel* im 12ten Bandel in primis pag. 173: in fine. Ex haecenus dictis patet, sèpissimè in ipso Judice loci dissensus fundamentum querendum esse, quamvis denuò ambabus largiar, errare JCtos æque ac Judices posse, utpote quorum nemo humanitatem exuit.

(f) Judi-

Judicem extraneum (f) impendere necessum habuerint, hic verò Officio suo negligenter fungendo, vel male judicando, bonam intentionem (fīm) quam Partes in ipsius dexteritatem ac Juris æquilibrium, nullis subinde Sumptibus parcentes, collocaverant, frustrari, sibi Religioni ac Conscientiæ non ducat. Certè Peccata ad Coelum clamantia hæc sunt, si Judex, quisquis sit, pro Honorio, quod in Compensationem præstite Operæ in concipienda Sententia accipit, non fideliter laboret ac desudet; sed debitam diligentiam susque deque habeat, Aurum & Argentum potius, quam rectæ Justitiæ promotionem aueupando.

§. 3. Prima igitur cura Litigatorum circa Transmissionem Actorum esto, ut in Termino Iurisdictionis inter Academias exigendas selectum habeant, scientes, quod, ut omnium Universitatum non æqualis sit (eī) fors & conditio, ita nec earundem pars commoda Juris dicendi ratio. Nam, in quibusdam Academias Professores ob frequentiam Studiosorum nimis occupati sunt, ut ipsis non liceat Merita Causæ transmissæ solidiori studio ac diligencia, quæ débehant, indagare, & ferre Sententiam ex animo maximè dèliberato. Quo circa omnes illas Academias vulgo excipiendas esse volumus, in quibus Studiosorum numerus est frequentissimus. (a) Urgent & manent quidem Practici, ultra duas,  
vel

(f) Judicem extraneum. Parum referre Partium confido, sive in Judicem domesticum; sive extraneum Sumptus faciant.

(a) Frequentissimus. Hæsiabit forsitan Lector circa hunc Paragraphum non satis cernens nexus inter frequentiam Studiosorum atque Academiam suspiccam. Quin immò persuasum habebit, nihil aliud Academiam reddere frequenter, quam docentium celebritatem atque erudititionem: Sed incivile est, nisi tota Lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare vel respondere, L. 24. ff. de Legibus. Jam vero Auctor paulo post egregie connexionem istam ostendit, quia nimirum Professores istarum Academiarum quotidie multitudine Studiosorum constipati, & sic Laboribus informanda parentutus nimis obruti sunt. Mallem profectò Auctorem argumentatum fuisse hunc in modum: Baculus stat in angulo: Ergo Acta non sunt Lipsiam, Wittebergam, Halam, Jenam mittenda. Eset absque omni dubio ridi-

vel tres Academias excipere de Jure non esse licitum, sed illud ubi vis Locorum tam accurate non observatur, sicuti nec Judex in admittendis ejusmodi Exceptionibus difficilis esse debet, præser-  
tim, ubi excipiendi ratio appareat justa, quæ, licet non tenearis  
Judici semper indicare, tamen, ubi opus duxeris, nil vetat, quo  
minùs

culum hoc ratiocinium, non tamen inverti, atque ex medio termino: *Baculus stat in angulo, contraria conclusio erui posset, id quod tamen in Auctoris ratiocinio (sit venia verbo) procedere facillimo negotio demonstratum dabo.* Inverto igitur Auctoris argumentum atque ita pono: *Ubicunque Studiosorum numerus est frequentissimus, ibi Professores laboribus informanda Juventutis minus distinguntur, quam in iis Academiis, que à paucis discen- tibus frequentatur, & consequenter prioris generis Professoribus plus temporis supereft, quod Actis perlustrandis possint impendere, quam Professoribus posteriordis classis.* Fortè avidus es percipiendi, quomodo consequentiam propositionis meæ fundamentalis demonstratus sim; expectas à me forsitan demonstrationes ex intima Philosophia Aristote- lis, Cartesii, Gassendi aut Confucii erutas, sed pace tua, res tam clara est, ut à puero, qui in digitis numerare didicit, percipi queat. Si tamen præter spem experimentum non processerit, poteris haud grava- tim digitos pedum in subsidium adhibere. Jam igitur ad rem! Fac, Professorem Juris singulis Annis vel mille & octingentos unciales ex Collegiis velle colligere, à singulis autem Discipulis ipsi sex tantum un- ciales pro uno Collegio, intra semestre spatium absolvendo, solvi: Et videbis Professorem Academæ numerosæ nongentos Thaleros singulis semestribus posse redigere ex duobus Collegiis, si saltem septuaginta quinque Studiosi didactrum ritè persolvant. Econtrario si in Academia ad angustiam redacta quindecim Studiosi Scholas Professoris alicujus frequentent, necesse erit, ut is, summam hanc collecturus, decem Horas singulis Diebus, aut si viginti Auditores habeat, ultra septem Horas Informationibus impendat. Sic quoque in Academiis numerosis raro habentur à Professoribus ordinariis Collegia privatissima, quod in iis, ubi pauci adstant Studiosi, secus observatur. Atque ex his sole meridiano clarius evici, quod probandum mihi erat. Sed clamitabis forsitan adhuc: *Sunt verò Professores istarum Academiarum quotidie multitudine Studiosorum constipati, circumfusi, circundati, circumsepti.* Ergò - - - Ergò cras pluet. Si conclusio hæc fallat, & cras serena fuerit tempestas, in vicum, quæso, te

minùs notificetur. Nec dubium est, quin Judex desiderio tuo hac in parte facilimè gratificaturus sit, quippe cui jam maxima ex parte notum est, quænam Academia alteri accuratori Juris decidendi ratione præpolleat. Cum itaque omnes ferè Academæ Saxonæ Superioris, nimirum *Lipsiensis, Jenensis, & Wittebergensis*<sup>(b)</sup> ingenti

te confer, & quære ex Rustico primum tibi obvio: num Pastor ipsius ruralis longius temporis spatium Concioni impendat, cui centum; quam cui viginti, decem, septem Auditores intersint? Responsio ad hanc quæ- stionem à Rustico suppeditata satisfaciens dubio tuo, atque evincet, nihil illud præter Fucum Oratorium in recessu habere.

(b) *Lipsiensis, Jenensis, & Wittebergensis.* Si Asinus volat, habet alas: atque non volat, Ergò nec habet alas. Si frequentia Studiosorum Academiam reddit suspectam; suspecta erit Lipsiensis, Jenensis, & Witteber- gensis: At verò frequentia ista nihil minus quam hoc operatur; Ergò nihil planè est, cur Apologia scribenda sit pro hisce Academiis. Interim ut Benevolus Lector intelligat, Auctorem non altero pede Academias istas attigisse, paucissimis monendum, tantum ibidem adesse Doctorum & Magistrorum legentium (ut vulgo vocant) numerum, ut Professores Juris ordinarii parcissimè Scholas aperiant. In Lipsensi certè Academia duodecim Jurisconsulti, Facultatis Juridicæ Assessores, conjunctim omnes vix imò ne vix quidem quatuor Collegiis privatis vacant, id quod ex valvis Academæ singulis Nundinis cerni potest. Prouti verò illi, qui veterarum more disputant, deserto Controversiae Statu, in alia omnia solent abire, ita noster quoque forsitan exclamabit: Non elegans est laus vestra, en crassam pigritiam! sed verò, utut quemlibet sensu abundare suo lubentissimè largior, florentissimum tamen earum Academiarum Statum ego quidem existimo, in quibus Professores ordinarii Scholas suas publicas (id quod Officii & Salarii ratio postulat) diligenter ac fre-quentissimè aperiunt, sed privatis Lectionibus parcios vacant. Tali enim modo eternitati Academæ optimè prospicitur, aliisque inclarescendi occasio suppeditatur, qui aliquando spartam Professorum tueri & No-men Academæ conservare queant. Illi è contrario Professores, qui propriis duntaxat Auditoriis verba inscribunt Horatii lib. 1. Sat. 2. vers. 34.

Huc, Juvenes, aquum est descendere;  
& novos docentes modis omnibus supprimere allaborant, suis solummodo, non Academæ commodis invigilare mihi videntur. Sed hæc obiter dixerim.

ingenti Studiosorum confluxu gaudeant, quilibet Litigans non facile permittet, ut isthic loci Acta sua transportentur. Evidem hoc ipso nolumus inclytis hisce Musarum Sedibus quicquam laudis detrahere, quæ per se constat, & quæ ipsi non possumus non magnificare, sed experientia nos docuit, Sententias & Rationes decidendi ab hisce alias Celeberrimis Academiis conceptas & elaboratas raro testari de debita Concipientium diligentia in perquirendis Actis omnibusque Facti Circumstantiis. Si verò hujus rei rationem investiges, nullam fermè aliam comperes, (*comperies*) quam quod Professores istarum Academiarum quotidie multitudine Studiosorum constipati, & sic laboribus informandæ Juventutis nimis obruti sint, qui non patiuntur, ad Causas Forenses extraneas intentiorem animum deflectere, ne dicam, quod pleraque Membra Facultatis Juridicæ ut plurimum à Consiliis sui Principis, (*c.*) aliisque gravioribus Negotiis impliciti (*Membra*) sint, quæ faciunt, ut privatorum cause ab iis plerumque negligantur, vel saltem leviter perlustrantur. Consimiliter notissimum est, quantum Praxis Saxonica, aliaque hujus Loci Jura particularia distent à Jure Communi vulgarique procedendi Modo, in Judiciis Saxoniam Inferioris & alibi usitatissimo, ut inde non mirandum sit, si Saxones in Jure dicendo exteris non semper ex Voto & Sententia respondeant. (*d.*)

#### §. 4. Proxi-

(*c.*) *A Consiliis sui Principis.* Nemo non videt, hanc rationem quadrare quoque ad Academias minus numerosas, adeoque non probari ab Auctore quod probandum erat: & præterea admodum imbecilem esse, cum rarissimè contingat, ut Professoribus Deductio pro Principe facienda injungatur. Quenam verò sint *alia graviora ista Negotia* non indicat Auctor.

(*d.*) *Respondeant.* Procederet hoc Argumentum, si Jurisconsulti in Collegiis fungi aut saltem Rabulæ prætereaque nihil essent, nec quidquam præter Processum Patrium didicissent, si verò hoc: idem dicendum foret de Academiis Saxoniam Inferioris: scilicet *Audum procelendi in singulis Locus variare ipse concedit Auctor, & consequenter, si quilibet JCtus solùmmodo Morem litigandi Patrium (vulgò den. Schleidrian) sequetur,*

§. 4. Proximè his accedit Academia Hallensis, quam pariter in transferendis Actis sedulò excipiendam esse, consultum duco. Nam, & ibidem florentissima Studiosorum copia habetur, quæ vix concedit, ut debita diligentia in concipiendis aliorum Sententiis, ritèque desuper formandis Rationibus decidendi adhibetur, (*adhibeatur*) prout teste experientia, Sententias & Rationes decidendi probè exaratas rarissimè dehinc conspicies, (*a*) immo ipsam

retur, misera omnium Litigantium esset conditio, quoties ad exteris Academias Acta transmittenterent. At verò si supponas Jurisconsultos sensu communi prædictos, non anget te isthoc Auctoris dubium. Quodsi tamen aliquid scrupuli supersit, Sutores adi, & quare, an Collegium ipsorum causas Opificii sui secundum Statuta Fabrorum, Pistorum, Filiolorumve decidat? Si te ridebunt, tantum procul dubio Prudentia à Jurisconsultis, quantum à Sutoribus expectabitis. Qualis igitur est protestatio Auctoris: *Nolle se inclivis hisce Musarum Sedibus quicquam latens detrahere*, cum tamen cas in applicatione Juris ad facta minus versatas quam Collegia Opificium arbitretur? sed ineptire est Juris Gentium.

(*a.*) *Conspicies.* Ad florentissimam Studiosorum copiam quod attinet, illud jam suprà à nobis dubium ita est explosum, ut Filius Curator dari posse videatur ei, (per L. I. §. 1. ff. de Curator. furios. & alis extra Minor. dand.) quisquis seriò illud urgere vellet. Alterum verò quod monet Auctor majoris momenti est, allegat *Experientiam*, nam & hic exclamare potest: *Experientia NO S docuit, Experientia, inquam, Rerum omnium Magistra.* Quin, provocat ad Inspectionem ocularem, atque ex hac patere contendit, *Rationes decidendi JCTORUM HALLENSIUM rarissimè probè exaratas conspicere.* Et revera ita est. Si enim Disputationes aliaque eorum Scripta inspicias, quibus frequenter inserta sunt Responsa Facultatis Juridicæ Hallensis, videbis Rationes decidendi steriles. Quidni enim; nonne sepiissimè in iis deficiunt, aut saltem rariora sunt allegata Legum & Doctorum? Si ex JCtis Hallensibus quærerem, an Typographus hisce Notulis meis adhibuerit atramentum vel saltem colore nigrum (fac enim, virides mihi apparere Literas) & an ego eidem ad pretitum conventum teneam? affirmanti velim credas mihi, istos ad utramque questionem responsuros quod sic, & quidem, quod caput rei est, absque omnibus allegatis Legum & Doctorum. Sed cur ego fingo casum? Ipse Thomasius suprà à nobis citat. loc. part. 1. pag. 153. in fine approbat Respon-

ipsam Sententiam semper rescripto, quod loco Epistolæ ad Judicem requirentem remittitur, insertam, & sic prorsus monstruosam deprehendes, quod supinæ negligentia infallibile signum est. (b) Præterea in hac Academia Jurium Antecessores studio Singularitatis & reformandæ Jurisprudentiæ præ reliquis sunt addictissimi, (c) in

Responsum à Scabinis datum: *Habt ihr eine Ohrfeige im Finstern bekommen / und wisst nicht / von wem? So seyd ihr solche zu behalten schuldig / B. R. W.* In quo tamen deciso (cogita, quæso!) ne apex quidem ullius allegationis apparet. Estet vero dubitandum, querendum, quid dicat *Bartolus*, *Baldus*, *Ulpianus*, *Jafon*, &c, cuius primo loco mentionem facere debuissim, *Magnificus Tribonianus*, aliive an adsint præjudicata, auctoritates? Certè olim non erat sic, veneranda antiquitas aliter procedebat. Non igitur miror, morem *Jctorum Hallensium* de Jure respondendi displicere Auctori nostro, & omnibus iis, qui Symbolum sibi elegans elegerunt: *Narrare Patres & nos narravimus omnes.*

(b) *Signum est.* Hoc quidem in passu cum Auctore facere non possum, parum enim interest, an Jurisconsulti speciatim Literas ad Judicem loci mittant, iisque adjiciant Responsum; an, omisis istis ambagiis, solum mittant Decisum suum. Præterea consuetudo hæc non *Jctis Hallensibus* propria, sed cum plurimis aliis Facultatibus communis est. Non jam dicam, utile id ipsum esse, quia Partibus patet *Jctos* cum Judice loci haud colludere: illud saltem fatear necesse est, me *supinam* in hoc more *negligentiam ejusque infallibile signum* ne lynceis quidem oculis cernere posse. Lippis enim & tonsoribus notum est, Responsa Facultatum Juridicarum ab Actuario scripta, remitti Judici, adeoque ille tantum exigua opella liberatur, cui vix unicus horæ quadrans impendetur, si separatim Literæ ad Judicem essent conscribendæ. Cæterum penitus confido, facilimè impetratu esse à Facultate Hallensi, ut morum, quem improbat Auctor, immutet suum, simulac unicuma allegaverit rationale fundamentum, cur eundem, non sine supercilie, monstrum appellaverit?

(c) *Addictissimi.* Studio Singularitatis seposito, ne singularis impudentias notam incurramus: illud quidem negari nequit, *Jctos Hallenses* primos fuisse, qui operam navarunt, ut Jurisprudentia Germanica ab incongrua Juris Romani & Canonici ad Fora nostra applicatione purgaretur. Fotentur enim omnes, ne ius quidem exceptis, qui in verba Magnifici Tribonianii

in Praxi vero nihil perniciosius esse potest, quam si Ju-

boniani jurarunt, Jus Roman. subfidiarium esse, atque occasione Academicarum Italæ sensim in Fora Germaniæ introductum fuisse; largiuntur etiam, illud nullo cogente superiore, sponte apud nos esse receptum, ita quidem, ut deficientibus Legibus Moribusque Germaniæ ad Jus Roman. denum recurratur: sed nihilominus Rationes suas decidendi JCti vel ex Jure Romano petunt, Moribus nostris è diametro contrarias; vel allegatis Legum Romanarum cumulant, quæ ipfissimæ æquitatis ac simplicitatis naturalis sunt, non secus ac si æquitas naturalis & Jus Naturæ nullum omnino locum obtineret, imò ac si sensui nostro communi fides non esset habenda, nisi Bartolus, Tribonianus, Cajus, Paulus suppetias iis ferret. Ad hosce fontes omnes ferè reduci posse confusiones crediderim, quotquot in Praxi ex Juris Romani incongrua applicatione observamus. Exempla veritatem eorum, quæ dixi, perspicacius declarabunt. Quæsivi nimirum perturbatae Jurisprudentiæ nostræ causam per admixtionem Juris Romani (1.) in eo, quod Leges ex Jure Civili allegentur Moribus Germanicis contrarie. Illustræ Specimen deprehendes in Thomas. *Cas. Jurid. part. 2. cas. 3. pag. 107. & seq. vid. in primis pag. 115. & 120.* Quæstio erat: Utrum Principis alicujus Liberi, procreati ex Matrimonio cum vili quadam Fœmina contracto, à Successione in Principatum arceri possent, Paragio tantum illis concessor. Affirmendo respondit *Jctus* noster, & secundum Mores Germaniæ aliter minimè sentiendum esse invictis Rationibus demonstravit, dissentientes vero opinionis sua præsidium in solo Jure Romano quæsiverunt, juxta quod *Uxor semper sequi dicitur conditionem Mariti; Mulier plebeja, Viro nobili nubens, ipsa fit nobilis, & Liberi ex hoc Matrimonio procreati, verè habentur nobiles, Liberi sequuntur conditionem Patris &c.* Secundam perturbationis causam vocavi, quod Doctores ea, quæ ipsius Juris Naturæ & æquitatis naturalis sunt, non ex sana ratione, sed ex Legibus Juris Romani decidenda putent. Sic v. gr. si quis Fenestras meas Lapidibus petiit fregitque, dubium non est, mihi ad damni dati refusionem Actionem competere. Ast Doctores non quod Pueri in faba invenisse se credunt, dum ex *Lege Aquilia* ejusque *Capite III.* Actionem hoc casu datam fuisse legunt, formula præscripta Judici pedaneo: *Si Corpore suo in Corpus damnum dederit, condemnata.* Imò disputari posset à rabula, an Actio directa detur, an utilis, cum Reus non suo Corpore immediate, sed Lapide damnum dederit. Ostendit vero Thomasius in *Larva detracta Leg. Aquil.* Actionem hanc ea-

si Judex communem Doctorum opinionem non sequa-

tenus Civilem & Juris Romani esse, quatenus est poenalis, poenamque hanc vel secundum Capitis I. vel III. determinationem petit, at verò poenam hanc in Foris Germaniae receptam non esse, ibidem demonstrat, ad damni dati verò refusionem agentes Lege Aquilia opus non habere, sola æquitate naturali id satis superque inculcante; add. Böhmer. in *Doctrin. Pandectar. ad Leg. Aquil.* Denique tertiam perturbationis Jurisprudentiae causam in eo etiam colloco, quod vel ea, quæ oculis usurpamus, palpamus manibus, atque in genere sensibus immediate percipimus, sine Legis mentione affirmasse, nefas quamplurimi credunt. Sic v. gr. gallinarum & anserum mansuetorum non feram esse naturam, vix quisquam audebit asserere, nisi allegato Magnific. Triboniano in §. 16. *Institut. de Rer. Divis.* Sexcentas ejusmodi Allegationes in B. Carpzovii Scriptis reperies, id quod tamen injuria istorum temporum, quibus vixit, tribuendum est. Si Leges expressæ deficiant, eadem, imò majori sèpè ineptia, ad Argumenta Legum configuiunt. Objicit forsan aliquis, ultimum illud, quod notavimus, vitium parum incommodi afferre: sed facilis est responsio; & Allegationibus ejusmodi protrahi Justitiam, ut *speciali Dissertat.* evicit Thomasius, dum artibus rabulisticis vastissimus aperitur campus: & fieri tandem, ut Allegationibus hisce adiueti, usum sanæ rationis & sensus communis dediscant. Merito igitur *Jcti Hallenses* vitia hæc perstrinxere, quorum vestigia jam premunt aliarum Academiarum JCti. Superest ut de Jure Canonico paucissimis dicamus. Itidem illud Jus subsidiarium tantum esse, & eatenus receptum, quatenus cum Principiis sanæ Theologiae Moralis, Juris Naturæ & nostra Religionis convénit, vel saltem iis non repugnat, concedunt omnes Protestantes: sed re penitus pensata, damnamus Principia, tentis nihilominus Conclusionibus, quod contingat necesse est, si, ut inculcat Auctor, *communem Doctorum opinionem sequi* velimus. Plerique enim Doctores Juris Canonici vel ante, vel statim post Reformationem scripsere; prout autem non unico conatu innumeri errores dètegi possunt, sed paulatim & tractu temporis magis magisque veritas elucescit: ita per rei naturam fieri non potuit, ut omnes Reliquiae Papatus tum Theologici, tum Politici JCtorum æquè ac Theologorum animis evelerentur. Egregiam itaque operam navarunt *Jcti Hallenses*, qui Reliquias istas Papatus candidè demonstrarunt. Sic Protestantes negant & pernegant, Matrimonium esse Sacramentum; sed nihilominus singulis Die-

De Academ. German. in transmittend. Actis caute excipiendis. 19

sequatur, sed Judicata ex cerebrina æquita-  
te

Diebus Dominicis Theologi Protestantes illud *Sancti* nomine appellant, in Compendiis quoque & Systematibus suis idem Elogium toties ipsi tribuunt, quoties Matrimonii vocabulum occurrit. Frustrè reposueris, id ideo fieri, quia *sancte* est servandum, omnis enim fides data *santæ* ser-vanda, nihilominus verò rideretur ab omnibus, qui v. gr. diceret, se *Sandum Negotium Cambiale* celebraturum. Nulla itaque Sanctitatis istius genuina ratio reddi potest, quam idea Sacramenti non penitus eradi-cata, ut adeò mirum non sit, mille Conclusiones in Praxi occurrere ex Sacramento Matrimonii profluentes & merè Pontificias; quarum nonnullas B. Stryckius *special. Dissertat.* plures Thomasius atque Böhme-rus indicarunt. Porro Hierarchiam omnes abominantur, sed causas, delicta, poenas, Judicia Spiritualia nemo non Protestantium crepat. Transeo Processum Inquisitorum contra Sagas, quarum Acta atque in iis JCtorum Responsa, vel apud solum Carpzovium extantia (conf. in primis *Respons. 20. 22. & 35.* imò omnia, quæ leguntur in fine part. 1. *Prax. Criminal.*) hodiè non sine rubore legi possunt, postquam Thomasius non admodum provectionem diaboli istius ætatem, qui cum Sagis coha-bitat, easque in Montem Bructerorum per aërem perducit, *speciali Dissertat. de Orig. & Progress. Process. Inquisit. contra Sagas* detexit, opera hac multis innocentium millibus vitam conservans. Et quamvis *Antiquarii* quidam, nimio *Antiquitatis* studio abrepti, ea, quæ à Matre aut Avia, dum fila traheret, percepere, pro *Sibyllinis Oraculis* in Scholis suis venditent, atque unicè ex Fabulis istis anilibus totam *Rempublicam Diabolico Bructeriensem* demonstrare non erubefcaht: solent tamen vel addito *Juramento*, (si vera ad me pervenit fama) vel saltem *data. Juramenti loco, dextra, firma-ta Discipulorum suorum promissionem exigere, de traditorum isto-rum, vere Sibyllinorum, non nominando Doctore.* Procul dubio, quia ve-rentur, ne vapulent, vestigiis *Anglici peregrinantis* territi. Quæ hactenus commendavimus saniora Juris Principia, maxima ex parte *Jctos Hallenses* vel primos Auctores, vel saltem Restauratores agnoscent: sed *Auctor noster* dicit, illa in *Praxi* esse *perniciofissima*; & revera album ipsi ad-siciamus calculum necesse est. Si enim minutæ Juris Romani obser-ventur, frequentiora sunt Responsa: Daz die Klage angebrachter machen/ nicht statt finde; quæ mirum in modum Sportulas augent, & consequen-ter *Aureæ* atque *Argenteæ* Praxi multum conducunt, cui sanè *Jcti Hallenses* non parum damni inferunt, vel eo ipso, quod, quoties respondent,

te (d) pronunciet, suoque proprio quasi Jure utatur. Hoc ipso enim magna in Jurisprudentia fit perturbatio, major vero in ipsis Judiciis, quae demum in summum Partium detraentum vergat necesse est. Namque in confessio est, tametsi multa Principia Juris Theoretica firmiori Veritatis tali nitantur, ea tamen non pati, ut confessim ad Usum (e) Practicum adornentur. Siquidem Consuetudinis Judicialis major interdum vis est, etiam in Causis sive absurdissimis, quam ut seniori alicujus judicio vel remedio eradicari possit, hinc tolerandum est, quod mutari non potest. Lumbentes agnoscimus, multa præstantissima Dominorum Hallensium extare Scripta, (f) quae satis sua laude constant, & quorum Principia

Exceptionem inepti Libelli locum habere; simul verum agendi fundatum solent adjicere, hac Formula ipsis solenni: *Das die Klage/ in manchen sie angebracht/ nicht statt finde: Würde aber Kläger den Grund der Klage auf - - richten/ so ergienge hernach ferner in der Sache was Rechtes ist.* Eodem modo, si Processus Inquisitorii cessarent, iterum id è re *Aurea Praxeos* minimè foret, unde non potest Auctor noster exclamare: *Magna est Diana Ephesinorum!*

(d) *Cerebrina æquitate.* Quid Auctori cerebrinæ æquitatis nomine veniat, penitus me fugit, qui vero sequentia verba confert: *In causis etiam (pudet me scribere) absurdissimis tolerandam esse Consuetudinem. Judicialem (den Schlendrian;)* is sane in Sententiam induci potest, Auctorem desiderare à JCTis, ut caput afferant in confessum cerebro vacuum, & matulae instar repleant illud sputis atque excrementis aliorum, hoc est, allegatis Legum, Doctorum & Sententiarum communium, seu errorum vulgarium. Sed malo cerebro meo in applicandis æquitatis Regulis uti, quam aliis de me exclamandi occasionem suppeditare: *O quanta Statua, Olla, Bellua, Cerebrum non habet! At de gustibus non est disputandum.*

(e) *Confessim ad Usum &c.* Verissima haec sunt, quae Auctor noster hic tradit, sed nescio planè, an cum umbra sua, num cum malo quodam genio dimicet: Nusquam enim dixere JCTi Hallenses, *omnia Juris Principia nova & veriora statim ad Usum Practicum* adornanda esse. Aliud enim est, Consuetudinem Judicialem esse apertissimè absurdam; aliud, eam emendationem, sive demum tempore & prudenter applicandam, *admittere.*

(f) *Scripta.* Et JCTi Hallenses habent, cur sibi de tanti Viri Elogio majorem in modum gratulentur.

(g) *Har-*

cipia merito in Praxin reducenda essent, sed quia ubique non sunt recepta, nec ingressum inveniunt, istaque facilius pro Cathedra Scholastica, quam pro Tribunal se ventilari finunt, secius esse existimamus, si Juri communiter recepto insistamus, alioquin enim Partes, quarum crumenas jam insuper in Judiciis tot Harpyæ expectant, (g) majori adhuc cum Expensarum dispendio inutiliter exagitantur, dum Serram Disputationis hinc inde reciprocandi laxior datur occasio, quod ferendum neutiquam est.

§. 5. Ex diverso haec Academæ in dirimendis ambiguis Causarum fatis paulò exactiorem solertiam ostendere solent, ut omnes Academæ Hassiacæ, (a) nimirum Rinthelienfis, Marpurgensis, & Giessensis, quibus sub jungenda est, Erfurtenfis, in primis autem Nobilis Altorfina, & Helmstadiensis, quam ultimam tamen non nunquam exceperisse proficit. (b) Nec tacenda est hic exquisita industria in referendo Academæ Francofurtanae ad Viadrinum, item, Duisburgensis, & in specie Tübingerfis. Ex Catholicorum Academis

mii

(g) *Harpyæ expectant.* Horat.

*Quam temere in nosmet Legem sancimus iniquam!*

(a) *Hassiacæ.* Certissime confido, Academias hasce, communis causa constituta, missuras quandam, qui Procuratorio nomine pro laude, qua à Domino Auctore nostro cumulantur, gratias ipsi agat quamplurimas, nullum quippe est dubium, eas multum incrementi aut jam cepisse, aut brevi capturas ex ista commendatione. Laus enim est laudari à laudatis. Prouti è contrario Poëta certum aliquod laudatorum genus detestatur, rationem mentis suæ reddens sequentem:

*Ne rubeam pingui donatus Munere, & una  
Cum Scriptore meo, capsæ porrectus aperta,  
Deferar in Vicum, vendentem Thus & Odores,  
Et Piper, & quicquid Chartis amicitur ineptis.*

(b) *Proficit.* Quod quidem Consilium ut Lectori ad Seculi hujus Felicitatem atque æternam Salutem proficiat, unicè in Votis habeo. Ad me quod attinet, ingenuè fateor, me nec percipere quid illud: *interdum sibi velit, nec quibus Auctoris assertum rationibus nitatur cernere posse.* Sed forsitan sola Scriptoris nostri auctoritas nobis pro ratione esse potest.

C 3

(c) *Præ-*

miis hic etiam referas Dominos *Heidelbergenses*, *Viennenses*, ac præcipue *Colonienses ad Rhenum*, omnibus aliis in Facti Circumstantiis doctissimè & exquisitissimè discutiendis palmam ferè præripientes. (c) Nemini autem Auctor & Suasor erimus (*ero*), ut in Transmissionem Actorum ad *Ingolstadienses* fermè unquam consentiat, præterquam enim, quod hæ Transmissiones magnas plenumque Expensas requirant, (d) istius loci Professores multa peculiaria habent Juris Principia, (e) quæ modernus Status Germaniae penitus non admittit, ita, ut operam & oleum perdas, si causam tuam horum Decisionibus submiseris. Frustrè etiam ab hac Academia exspectabis Rationes decidendi, quas transmittere apud eos Moris non est. (f)

§. 6. Longè plures præter jam enumeratas subsunt Rationes, quæ modo hanc, modo illam Academiam in transmittendis Actis fuident eximere, & recusare. Ut autem omnes reliquas silentio, brevitatis studio, prætereamus, adhuc unam atque alteram causam speciale adduxisse sufficiat, inter quam potissimum referenda est diversitas opinionum, quam Academiæ inter se invicem in Controversiis Juris componendis alunt, & quibus digladiari solent. Profectò hæc Scientia non minimam partem Praxeos facit, & ad reportandam causæ Victoriam multum conducit, adeoque Judici & Advocate valde necessaria est. Ex exemplis res fiet cl-

rior.

(c) *Præripientes*. Eandem præripient omnibus Protestantium Academiis in tenacissima *Sancti Juris Canonici* Observantia, quam ob causam summioperè sunt commendandæ.

(d) *Expensas requirant*. Isthoc Consilium à Rustico etiam expectari potuisset, ut nempe quisque Litigantium videat, an operæ pretium sit multis in litem sumptus facere.

(e) *Principia*. Quorum unum alterumve adduxisse non abs refuisse. Sed Auctori fides habenda, *ātros ēphā*!


(f) *Moris non est*. Si vero præter hunc Morem nihil desiderandum à *Itcis Ingolstadiensis* esset, commendarem potius eorum Responsa, per ea quæ supra notavi ad §. 1. lit. (e)

(a) Veri-

rior. Communis ferè Doctorum est opinio, si Debitor intra biennium Creditori contra Chirographum opponat Exceptionem non numeratae Pecuniaæ, hunc teneri Solutionem probare, & hanc sententiam strictè sequuntur Dn. *Helnstadienses*, aliique. Ast Dn. *Rinthelienses* Creditorem ab hoc onere probandi absolvunt, illudque Debitori injungunt, sive Actio intra, vel (*sive*) post biennium instituatur, quæ sententia licet in puncto Juris verior (a) & in Judiciis Hannoveranis etiam recepta sit: Enim vero, ubi hæc recep-  
tio cessaverit, & ad Transmissionem Actorum deveniatur, con-  
festim (b) contra Rinthelienses velim excipias, & sic à parte Debi-  
toris triumphabis. Et è contrario, si pro Creditore postules, &  
Partem tuam adversam hæc discrepantia opinionum lateat, Judi-  
cem

(a) *Verior*. Mirum, & cum iis quæ ante dixit Auctor, minus bene cohærens est, quod jam Sententiæ subscriptat, quæ, ut ipse fatetur, *contra communem ferè Doctorum est opinionem*, cum tamen supra stomachatus sit de eo, quod *Itci Hallenses* communem Doctorum sententiam non sequantur. Interim Auctor ostendere potuisset, quid valeant humeri, si sententiæ suæ reddidisset rationem, quamvis id jam egerit Zollius *special*. *Dissertat. de Exception. non numerat. Pecun.* Fundatur vero Zollii hypothesis præcipue tum in L. 13. *Cod. de non numerat. Pecun.* & L. 1. *Cod. de condic. ob turp. caus.* ubi NB. Sanctio adest generalis, non de certo casu agens, tum in axiome generali: omnem Scripturam recognitam privatam probare contra Scribentem. Quæ vero à dissidentibus allegatur L. 10. *Cod. de non numerat. Pecun.* fundatur in ridicula ratione; negantis per rei natu-  
ram nullam esse probationem, & præterea una cum L. 3. *Cod. eod.* non sine ratione intelligi potest de casu, quo causa debendi Chirographo non adjecta: adde L. 25. in fin. ff. de *Probation*. Vide tamen etiam, quæ ad L. 3. ubi *Cautionis* vocabulum occurrit, notat Gothofredus.

(b) *Confestim*. An illud proficuum sit, *confestim* ad Academiam provocare nobiscum facientem, in primis cum Partes sœpè uno Responso non sint contentæ, Litigantium erit dispicere. Præterea interdum fieri potest, ut Reus sufficienter mediis probandi negativam sit instructus; & probatio Pecuniaæ non acceptæ eidem non sit difficilis; è contrario autem ab Auctore sibi metuat, ne Testes falsos subornet, Perjurio commisso, Solutionem factam affirmantes. Adeoque cautela hæc *Auctoris* nec semper, nec *confestim* adhibenda commendari potest.



cem vel Actuarium instigabis, ut Acta ad Rinthelienses mittat, ibique obtinebis, quod desideras. Machinatio hæc rabulistica non est, si citra Corruptionem Justitiae fiat, dum cuilibet permisum est, qua (fortè *quavis*) data opera, & commendatione causæ suæ invigilare, & alter sibi imputet, quod in excipienda hac Academia Officio suo defuerit. Sic communis est Doctorum opinio, quam plurimæ sequuntur Academiarum, in primis autem *Saxonice*, quod Emissor non teneatur stare locationi Rei emittæ, sed Conductorem possit expellere: Sed Dn. *Rintheliensis* iterum ab hac sententia divortium faciunt, statuentes, Juri & Aequitati magis convenire, ne Emissor Conductori molestiam creet, quamdiu Locationis tempus duret, ut hanc sententiam acutissimus Dn. Zollius hujus Academiarum Senior dignissimus in speciali Tractatu, quem inscribit: Rauff hebet Miethe nicht auf/ masculæ defendit. Jam autem, quænam sententia ex hisce contrariis negotio tuo repugnaverit, illam excipiendam esse, ipse facile subodorari poteris. Pariter Dn. *Lipſenſes* in Possessorio Summarissimo nemini Manuteneniam concedunt, nisi per Annum ad minimum fuerit in Possessione: Huic vero opinioni diametaliter adversantur Dn. *Wittebergenses*, Annis spatiis in hoc casu tam strictè non requirentes. Quæcunque jam Academia ex hisce intentioni tuæ contrariatur, contra eam, si Judge Acta transmissurus est, Protestationem interpones. Porro, si quis prædefunctæ Uxor Sororem in Matrimonium ducturus, ille in Transportationem Actorum ad Dn. *Jenenses*, cæterosque *Saxonicos* Jurisconsultos, plurimosque alios non condescendet, hi omnes enim hisce Nuptiis nunquam annuent: benè tamen *Rinthelienses*, *Helmstadienses*, *Francofurtani*, & *Kilonienses*. Ita etiam *Francofurtani* & alii docent, Reum in Actione negatoria esse immunem ab onere probandi, si sit in quasi possessione: Sed contrarium tenent *Wittebergenses*; Et *Hallenſes* statuunt, Possessorem in Actione negatoria ab onere probandi non esse liberandum, siquidem fortiorum præsumptionem videlicet Libertatis contra se habeat. Neque minus moderni Jurisconsulti ferè universaliter tradunt, Laicum posse præscribere immemoriali tempore Jus Deci-

Decimandi (*c*) contra Clericum: ast, *Ingolstadienses* ab hac sententia recedunt, sentientes, Laicum vigore Concilii Lateranensis hodienum Decimarum esse incapacem, adeoque talem Præscriptionem non sufficere, nisi præter hanc etiam communis fama, vel opinio concessi Privilegii à Laico probetur, quo sibi Jus Decimarum contra Monasteria aliasque Personas Ecclesiasticas competere afferit; Et sic deinceps in infinitis pluribus Controversiis, quas omnes recensere, cum satis de iis constet, meritò supersedemus, caute præcavendum est, ne in ejusmodi Judicem extraneum consentiamus, qui proposito nostro adversam foveat sententiam. Equidem ista opinionum varietas non sine injuria Pestis Justitiae dicenda est, quæ meretur, ut Imperatoria Dignitate (*d*) exstirpetur & corrigatur, atque in unam consonantiam redigatur; sed illud hoc Ferreo Seculo potius exoptandum, quam exspectandum est. Inter ea hisce cautelis in rejicienda hac vel illa Academia, donec Status præsentis Justitiae in Imperio mutetur, tuto uti poteris.

§. 7. Quando Causa inter Partes ventilata simul in punctum aliquod Religionis incidit, vel Odium sive Favorem hujus, vel illius Religionis respicit, quod haud infrequenter contingit, præsertim vero in Causis Ecclesiasticis, veluti, si Lutherano cum Pontificio coram Consistorio super Jure Sepulturæ litigandum sit, & Judge Acta ad extraneos impartialies Doctos transmittere debet, ut illi in causa suæ parte agere possint, & cœdit.

(c) *Jus Decimandi*. Imò Præscriptionem 40. Annorum locum habere ostendit Böhmer. tum in *Jur. Ecclesiast. Protestant.* lib. 2. cap. 26. §. 3. tum *speciali Dissertat. de Præscriptione circa Decimam Ecclesiast. & Secular.* sed ille est Hallensis!

(d) *Imperatoria Dignitate*. Imperatoria Auctoritate vix opus est, dummodo JCti sana ratione sua utantur, & quisquilius Juris Civilis & Canonici non promiscue ad Fora Germania applicent. Multo maiores autem orientur Confusiones, si communes Doctorum Sententias sequerentur JCti, utut id suprà commendavit *Auctor noster*, nunquam enim deficiunt Sententiae communes contra communes, adeoque ex hoc de Jure respondendi modo non potest non major adhuc incertitudo enasci.

crevit, nova lis inter Litigantes circa Academias excipiendas suboriri solet, dum unus omnes Pontificias, alter verò omnes Protestantium Academias eximere contendit. Sed dubium est, utrum hoc Jure possint? Et respondetur, nequaquam, ut enim integrum Judicium non facile recusare licet, nisi sit inferius, & maxima pars Collegii suspecta videatur, ita nec omnes in Germania Academias, Judicem ordinarium in Transmissionibus Actorum repræsentantes, (a) excipere licebit, cum credibile non sit, fore, ut ex tot Hominibus nullus impartiale & æquam Justitiam administratus sit. (*administret.*) Pro majori tamen cautela Judex in hoc casu Impartialitati optimè consulet, si Acta ad Academiam mittit, cui utriusque Religionis Professores præsunt: vel, si diversæ Religionis d'ris Academias, tanquam Correferentes, (b) in Consilium adhibeat. Quodsi verò forsan inter se discordent, & Vota sint imparia, ipse Judex causam dirimat, sectando, quod omnium æquissimum est.

§. 8. Ut suprà diximus, Transmissione Actorum optimum est remedium, quo Litigantes contra Judicis Imperitiam, Partialitatem, aliosque malos Affectus se tueri possunt. Veruntamen, interdum Transmissionem hac una ex causa urgentes præconceptis quoque opinionibus feruntur, falso sibi causam fingentes, & timentes, ubi nullus timor est; Sicuti multi in causa non succubuiscent, si majorem fiduciam in Judicem Loci, cuius Animum & Mores exploratos habent, quam in extraneos posuissent, quos non æquè cognitos habent. Quamobrem Judex in permittenda Transmissione Actorum non adeò facilis esse debet, sed potius erga Partes suam Conscientiam & Äquanimitatem contestetur, rectèque facien-

(a) Notanter hic *Auctor* dicit: *Academias Judicem ordinarium repræsentare, qua igitur audacia, & num sine evidenti contradictione in §. seq. Judicibus Consilium suppeditare possit, ut, Actis non transmissis, ipsi judicent, & quidem NB. rectè faciendo, neminem timeant, dispiciendum cuivis relinquo.*

(b) Hisce ambagibus opus non est, sed solent ejusmodi casu Delegati à Principe, utriusque Religionis affectus constitui.

faciendo, neminem timeat. Inprimis autem Judex, quicquid Par-tes appellaverint, & reclamaverint, Transmissionem Actorum sim- pliciter denegabit, quando Decisio Causæ à Jure Statutario, vel Consuetudinario merè dependet, (a) hoc enim melius intelligere præsumitur, quam extraneus (*extranei*), ideoque horum Consi- lium supervacaneum ducendum est. Et idem judicium esto de causis miserabilium Personarum, & qua celerrimæ sunt expedi- tionis, vel singularem favorem merentur, & in pluribus aliis cafi- bus,

(a) *Depender:* Imò ne hoc quidem casu simpliciter Judex denegare potest Transmissionem Actorum. Sic novi, Hamburgi aliquando Cau- sam Nauticam coram Judicio Nautico, (*Admiralitäts-Gericht*) quod ibi viget, actam fuisse, cumque altera pars Transmissionem Actorum urgeret; altera manibus pedibusque contra niteretur, eo quod Causas Nauticas non tam exactè intelligi à JCtis in Academias Germaniae cre- deret: quæsitum ante omnia fuit ex Facultate quadam Juridica, utrum hoc casu Acta essent transmittenda, an verò Lis à Judicio potius Nau- tico Hamburgensi decidi deberet, quæ posterius affirmavit. Multò mi- nùs autem Consilium Auctoris procederet in Civitatibus Municipalibus, ubi Judex, Actorum Transmissionem denegans, rectèque faciendo neminem imò, ut vulgo dicitur, ne ipsum quidem diabolum *timens*, facile timebit Mandata Poenalia & Sine Clausula, nullo prorsus negotio à Principe impetranda. Non verò est, quod credamus, Auctorem usque adeò Consuetudinis Judicialis esse ignarum, ut nesciat Judicem pro auctori- tate Transmissionem Actorum minimè posse denegare; potius dicen- dum, eum solum in Votis habere, ut Mos hic introducatur, & facere hoc in passu pro ipso tritum illud:

*Ut defint vires, tamen est laudanda voluntas:*

Ad quod ipse non habeo, quæ regeram, in primis cum Orthodoxi Juris Naturæ Doctores id etiam pro se in defendendo Principio Juris Naturæ allegent. Vereor tamen, ne cuivis horum aurem vellicet Ovidius *lib. 3. Trist. Eleg. 8.* cuius verba (salva Reverentia omnibus debita, & cum Pro- testatione quam solennissima, id non animo injuriandi fieri, argum. *L. 15. §. 13. ff. de injurios. & famos. Libell.*) hie apponam, sunt verò sequen- tia:

*Stulte, quid hac frustra votis puerilibus optas,*

*Quæ non ulla tibi fertque feretque dies?*

bus, quos ipsum Judicis arbitrium dijudicat, (b) utrum eorum decisio extraneis sit relinquenda, vel potius conducat, ut ipse determinet, & finiat per Sententiam. Cæterum, adhuc monendum esse reor, quantumvis Judici à Judicato extraneo resilire non liceat, sed Jus inter Partes faciat, haud aliter, ac si ipse pronunciasset, hæc tamen doctrina eo casu merito exceptionem patitur, ubi Judex comprehendit, Sententiam ab aliis latam manifesto esse falsam, nullam, aut iniquam, hanc enim præcisè sequi non tenetur, sed reformare potest, (c) namque Judex nunquam contra Conscientiam, etiamsi Peritorum Consultationibus ad id inductus fuerit, judicare debet, quia extraneus Judex æquè tam homo est, quam quivis alias, qui errare potest, idcirco nihil ab eo alienum esse putandum est, sed quilibet Magistratus in judicando Veritatem ac Justitiam amare & prosequi debet.

(b) Singularis planè est Auctoris nostri Jurisprudentia. Certè si hæc ab arbitrio Judicis dependerent, nunquam Acta transmitterentur. Sed normam potius in ejusmodi causis præscribunt Ordinationes Processuales singulorum Locorum, ex quibus unicè decisio pertenda.

(c) *Reformare potest.* Iterum ex nulla alia ratione, quam quia id contendit Auctor. Quantum mihi verò notum est, si Partibus displaceat Sententia, solent vel Leuterationem interponere, vel Acta ad aliam Facultatem transmittere. Cæterum scio quidem, Sententiam apertissimè injustum nunquam transire in rem judicatam, sed id in applicatione difficillimum esse, pariter haud ignoro. Argumentum Auctoris ab *Humana Natura, Erroribus* *nunquam vacua*, adde etiam, malitia laborante, desumptum, potius invertto, atque exinde infero, quia Judices domestici æquè sunt Homines ac Juriconsulti extranei, & plura illorum sunt incitamenta ad Injustitiam, quam quidem Facultatum Juridicarum, per Notata ad §. 1. lit. (a) hac cautela jam commenda, liceret ineptissimo cuivis Judici tam ex Malitia, quam Imperitia; Responsa à Jctorum Collegiis lata sub specie Justitiae emendare, quod ferendum neutquam est.

Hacte.

**H**Actenus nihil aliud egisse procul omni dubio Lectoribus videbor, quam ut Doctissimum Dominum Auctorem hujus Observationis refutare, infasto conatu, auderem. Sed verò, mentiar, si mihi id per somnum in mentem venit. In eo potius totus fui, ut bona fide cum Domino Auctore communicarem aliorum Judicia, quæ vel audivi, vel adhuc latum iri summopere sum veritus. Cumque *jejuna* ista (non tamen ebria) deprehenderem, ut Candidus Lector facile perspiciet, Stylo quodam Satyrico aliquid vigoris ac Commendationis conciliare iis allaboravi; tantum verò abeit, Candidum Scripti alicujus *Æstimatorem* eo scribendi genere unicè moveri, ut potius Prudentiores perspectum habeant, Stylum Satyricum *Ideis* solùmmodo *accessoris* risum Lectoribus mouere, atque affectum contemptus Adversarii producere, is verò vel erit genuinus, vel fundamento reali destitutus; prouti Sententia alterius, quæ perstringitur, vel falsa atque absonta, vel veritate sua constans fuerit. Facultatem itaque concedo cunctis, quorum interest, imò Consilium suppedito, omnem istum fucum Satyricum abradendi, & tum meas, tum *Dominum Auctoris* Meditationes, prouti in se sunt, ad trutinam sanæ rationis, imò interdum sensus communis, examinandi. Persuasum verò, ni fallor, habeo, facile *Dominum Auctorem* respondere ad dubia posse, si eadem futilia, scurrilia, jejuna, floccifacienda solùmmodo dixerit; ad sui verò Defensionem addat, non fuisse adeò severe atque ex instituto examinanda, quæ ipse (gravioribus procul omni dubio negotiis implicitus) obiter, &, ut vulgo dicimus, cavallierement tantum pertractavit. Ad Notata §. 1. lit. (d) regerere poterit, se noluisse crabrones irritare: Et quamvis idem metuendum fuisset, dum Juriconsultos Lipsienses, Jenenses, Wittebergenses, Hallenses proscidit, sufficere tamen, quod ratio diversitatis *sibi sibi* sit nota. Si & hoc è re sua minime reputaverit, poterit nos generoso contempsu & silentio prosequi, ne, Refutatione quadam edita, occasionem suppeditet obscuris hominibus, ubi *Tantum Virum* (qualis absque dubio est) ejusque Scripta oppugnaverint, tali modo, si Diis placet, inclarendi. Sed & huic metui medela poterit afferri, si sub nomine Scribæ suæ, Amanuensis, Tyronis, vel Discipuli infimi subsellii has Notulas refutaverit. Suaform etiam ipsi essem, de navanda opera, ut Adnotationes hæ publica auctoritate vendi prohibeantur, nisi illud ipsum nemini magis quam Typographo proficuum crederem. Jam igitur non amplius dubitabis, Lector, me candidè cum *Dominu Auctore* nostro atque amicè agere, cuius favori me commendatissimum esse cupio.

D 3

Impo-

Imposueram jam finem huic labori, vel potius oblectationi m<sup>ræ</sup>,  
cum mihi, circa emendandam ultimam plagulam, ex Officina allatam,  
occupato, nunciaretur, magni alicuius *Nominis Munerisque VIRUM*  
*Auctorem nostræ Observationis esse.* Quamvis verò non possim non  
honorificè de isto Opusculo sentire, impetrare tamen a me non po-  
tui, ut crederem, illud ab *eodem* esse compilatum, in primis cum *Virum*  
istum nulla facultate animi magis quam Judicii acumine præditum,  
occupatissimum præterea, & horas suas succisivas superiorum oblecta-  
mentis consecrantem perceperim. Quare adhuc certò certius credens,  
Juris quendam Practicum, utut pariter satis Celebrem, nobis hæc  
otia fecisse; ex animo precor, ut majoribus quamprimum dignita-  
tibus admovereatur, in primis verò ut ipsi sit mens sana  
in corpore sano.

*Verbum non amplius addam.*

